

# De peccatis alienis

XI

re diem festam in reliquijs nocivarij & turpium cogitationum quod tamē nimis est pericolosum · quia facilime ex hoc peccatum mortale incurritur. At pbat Jacobus in canonica sua cū dicit. Lōcupiscētia · id ē · interior animi delectatio cum conceperit subaudiēdo consensum rationis · patet peccatum mortale. Scindunt fīm Greg. q̄ humana temptatio p̄ficitur i tribus · scilicet suggestione · delectatione · & p̄sen su. Si enim suggestio inducit passionem que est subitus motus cogitatis seu delectantis in re cogitata sic ē veniale peccatum. Si autem suggestio inducat passionem que est quedam anime formalis deliberatio · tunc aut non esse sentit delectatio in tali cogitatiōe & sic vel nō est peccatum vel solū veniale aut sentit delectatio in cogitando. Et hoc contingit dupliciter · aut tunc deliberatio rationis non consentit in delectationem · & sic ē adhuc veniale. Aut consentit · et sic est peccatum mortale · sine consentiat in delectationem interioris actus · sive consentiat in ipsum opus. Quius ratio est · quia non solū consensus verus puta cū quis consentit in opus · est peccatum mortale · sed etiam interptatiōis yt cū quis consentit in solam delectationem interiorē · non autez in opus. Et hoc habet veritatem si delectatio cadat super obiectum includens in se deformitatez ad rectam rationem. Si autem q̄s nō delectetur in delectatiōe turpi. Pūta si alicui placeat cogitare de specie alicuius imulicis pulchri absq̄ ista deformitate cōcurrente · sic cōsensus in tale delectationem non erit peccatum mortale · sed poti⁹ veniale. Explicit tractatus de decem p̄ceptis.

**I**ncepit tractat⁹ d̄ nouē p̄ctis alienis  
**Quem sunt?**  
Peccata aliena q̄ru⁹ si p̄cator i morte i vno deplēsus fuerit sic dānat acsi in p̄prio. Licet b̄ nobis videat mirabile q̄ h̄o dānet p̄ alienis sicut p̄ p̄prij. Ideo omnes sollicite discite nouē cē genera h̄oīn⁹ q̄ breuiter dicam q̄ dānat p̄ alienis peccatis fīm q̄lunt nouē peccata aliena. Primum ē iussio sc̄z cū q̄s iubet alterū peccare. Verbi grā. Dñs q̄ iubet famulū. Vel pater q̄ iubet filiū · & dñā q̄ iubet ancillam h̄ facere q̄ sunt p̄ charitatē dei et p̄ximi. Sicut rusci q̄ iubet suos famulos dāna infere p̄ximis cū pecorib⁹ suis in gramib⁹ vel insegetib⁹ · vel dñā q̄ iubet acilla ad prātū alteri⁹ ire · & ibi gramina recipe · qđ tñ bñ cognoscit esse ē volūtate illius cui⁹ ē p̄tarū. Et si nīl vñ pānū plenū gramib⁹ acilla exiussi dñē recepisset dñā obligatur ad restitutiōē. Item mechanici in ciuitatibus qui iubet suos famulos ifideliter laborare sua artificia. Item pānifices qui iubent pānum nimis excessiue laniare & extraheare. Itē caupones q̄ iubet famulos suos mēsura cū vino nō bñ iplere. Itē parētes q̄ iubet filios & filias chorūcare & sic de alijs. Quia q̄cquid iussi qđ ē cōtra charitatē dei & p̄ximi illis reuēs · et dānaberis cū illis q̄ h̄ ex iussi tuo perpetrauerunt. An Sap. xvij. Sili p̄gna fūus cū dño afflic⁹ est · imo quandoq̄ iubentes plus p̄cēant q̄s faciētes. Herodes enim non decollauit Johannez · tamen ita reuē est tanq̄ cum propria manu fecisset. Et h̄ q̄re · Quia iussit. Silius pilat⁹ q̄ nō crucifixit xp̄m p̄pria mānū · h̄ milites sui ex iussi suo Rabuchodonosos



# De peccatis alienis

Molisfernē p̄dari inssit. Antioch⁹ ius sit q̄ leges nō seruari debet qđ fuit contra deum. et alij multi qui hoc insserunt fieri quod fuit cōtra deum. Et hi omnes et cōsimiles dānatū sunt et damnabuntur. et sicut iste bonus homo qui iubet bonum fieri salvabit: ita qui malum iubet opari damnabit. Sed utrū tales tenentur ad restitutionē: Rñdeo q̄ sic. Quādo p̄babiliter quis credit ex sua iussione secutā esse ablationem vel nomine suo factam ratam habuit. **B**alias non. Secundum peccatū alienum est cōsilium. Quicqz ergo alteri malum consulit siue suo superiori. siue pari. siue suo īferiori vel alio modo cūcūqz dānabitur cum illo qui opere perfecit. Unde peccat mali consiliarij dominorū: qui suadent guerras rapinas exactiones. Et alij qui suadet fornicationes et furta vel huiusmodi. Et quicqz dat consilium unde dānnū proximis infertur. vt telonea nona instituere vel antiqua telonea aggrauare vel augmentare: et etiam cēlū pauperum aggrauare. Item qui in ciuitatibus dant cōsilium ad nouas institutiones in dānnū pauperū et cōmunitatis: tales rei erūt omnīt peccatorū illorū que ex consilio eorum perpetrata sunt vel p̄petrabūt vñqz ad nonū diem si sic decedunt. Ergo quilibet sibi cauere debet a consilio et doctrina mala. Quia talis coram deo homicida reputabitur. Unde Aug⁹ super Jobem. Homicida diabolus dicitur non q̄ gladio accinct⁹ nec ferro armatus accedit ad hominē: sed quia malum verbū seminavit. Noli ergo te patare nō esse homicidam: qñ fratri tuo mala p̄suades. Itē mali p̄siliarij sūt si cut diaboli q̄ semp malū suadet. Sed qz sūt eis siles ī culpa. cōsequēs ē q̄

erūt eis siles ī pena. Sed qz boni p̄silia rīj sūt sicut angeli dei: q̄ semp suadet bonū et salubre est. et ea q̄ sūt p̄cis. Sic et boni consiliarij faciunt. Et ideo merito cuz angelis gliaz ēternā possidebūt. Item mali consiliarij sūt filij cayphe: q̄ dedit p̄siliū vt christ⁹ occideret. Unde ochristiane si cōsulis q̄ ali q̄s dānificet p̄ximū suū in reb⁹ qđ alias nō fecisset: tu teneris ad plena restitutionē. Etiaz si inde nuncqz aliquod emolumentū habuisti. Itē si p̄sulis vt quis peccet mortaliter sc̄z fornicando vel decipiendo. vel furando. et hīmōi teneri satissimacere: q̄li hoc ipsū peccatū ope p̄petrasses. Item tu vñtula si suades alicui virgini fornicari: oīnum peccatorū ita rea es sicut ipsa fecisses. Itē si suades iniusta p̄lia: iustas guerras et hīmōi oīnū malorū que ibi fiunt reēs. et consiliū tuū sup̄tereuertetur. An dī Eccl. xxvij. Faciēti p̄siliū neq̄sūmū sup̄ ipsū denoluet. Unde Job. xvij. P̄cipitabit eū p̄siliū suū. Sciendū q̄ mali consiliarij vt cōiter turpi morte moriunt. Exemplū de Amā Hester. vij. q̄ fuit suspēlus ad patibulū quod p̄paruit mardocleo. Itē patet hoc de principib⁹ qui dederūt cōsiliū cōtra Danielē vt mitteret ī lacū leonū. Qui postmodū p̄ se fuerūt in lacū missi. et sica leonib⁹ denorati. vt habet Dñi. vij. Itē p̄tz hoc ī iachitophel qui dedit malum cōsiliū cōtra danielū et postmodū seip̄sū suspēdit. vt habeat ij. Reg. xvij. Ideo sollicite cauendū est vñcūqz a malo consilio. Quia vt frequenter malum cōsiliū super ipsū denoluetur. Exemplū. Tempore p̄secutionis fidei ochristiane fuit quidam consiliarius p̄uersus qui p̄suluit p̄fecto vt faceret fieri tharū ēneū. et ī me dio lateri ipsius tauri faceret magnū

foramen cum cooptorio cu<sup>z</sup> quo clauderetur. et sic christianos itro poneret et ignem subtus taurum supponeret. Et sic a christianis mirabiles et lamentabiles voces audiret cum ab igne et calore torqueretur. Quod prefectus volens experiri consiliarium eundem primitus intro posuit. Et sic fm dictū Eccl. xxvij. Faciens consilium ne quis sumum super ipsum denolutum est.

**D**icitur Tertium peccatum alienum est cōsentus. videlicet cum quis ex corde diligat malum quod alter facit. imo et sonet et tales digni sunt morte. quia nulli placere debet illud quod deo maxime displaceat. hoc est peccatum et iniuria. Quia o christiane hoc deo meruit apud te q̄ debetas dolere de malo qd fit domino deo tuo. Et ideo cum gaudes de quo dolere deberes non es verus amicus dei. et ideo damnaberis cū consentis et congaudes maleficienibus. Ergo si nō iussisti nec consilusti sed solum consentisti ad mala facienda quē sine tuo consensu non fuissent perpetrata. reus eris omnī illorū factorum malorum. et dānaberis cū maleficienibus. Unde ad Roma. 1. Digni sunt morte non solum qui faciunt. sed etiam qui consentiunt maleficienibus. Verbi gratia. tu non velles aliquem ludere. nec cōsulisti. sed solummodo cōsentisti. in hoc rens eris. Similiter pater et mater non iubent filiū. vel filiam chorūcare. sed presentiunt. in hoc rei erunt. et sic de alijs. Ergo quicunq̄ p̄est alii civitati vel cōmunitati. licet non iubeat malefacere. nec cōsulat. sed cōsentit maleficienibus et permittit fieri mala. siue hoc fiat. ppter tempora lelucrum vel. ppter fauorem vel timorem humanum. reus erit omnī malorum que sub dominio suo fūt. Unde

Sap. vi. Judicium durissimum fiet his qui presunt. Hoc aduertere debent qui lusores sōuent ī ciuitatibus. vel in domibus suis eos induere pmitunt. et sic te alijs malis quē sine cōsen- su eorum non possunt fieri. Quarum peccatum alienum est adulatio. Et in hoc rei sunt isti qui peccata cōmen- dant in hominibus qui male faciunt pro quo damnabuntur. Nam qui ita laudant et adulantur maleficienbus ita rei sunt quodāmodo ut illi qui fa- ciunt peccatum. Nam cum aliquis pec- cat increpari et non laudari deberet. Ideo iam propter adulatores et lau- datores peccatorum mali confortan- tur in m. alij. et propter terisionē bo- norum aliqui homines recūdantur benefacere. quod est miserabile audire et ideo tales participes sunt omnium malorum istorum. Et tales valde rep- bensibiles sunt omnī malorum istoꝝ nam pernvert ordinem recte ratio- nis in hoc q̄ laudant illud quod rep- bensibile et illicitum est. et vituperant et subsannāt illud quod salubre et lau- dabile ē. Et ppterera tales adulatores sunt maledicti. Ideo habetur Isa. v. Ne qui dicitis bonum malum. et ma- lum bonum. ponentes tenebras in lu- cem. amarum ī dulce. dulce in amarū. Quare putatis q̄ iā tam fūmine q̄ vi- ri tot iā habeant peccata etiā nesciēter q̄ laudant in his quē faciunt. et ideo non cognoscūt se esse peccatores sicut corā deo fūt. et ita decipiūt. Un̄ Isa. ix. Et erunt q̄ beatificant et qui beatifi- cantur precipitati. Un̄ etiā Seneca. Malū hominē blande loquētē agno- sce tuum laqueū esse. habet enī suū ve- nemū blanda locutio. Ideo nolite laudare malū et deridere bonū. q̄ hoc est unū de sumis pīculis ī ecclia dei.

# De peccatis alienis

**A**nde Aug<sup>9</sup> super ps. **D**uo sūt genera persecutorum scilicet vituperatiūz adulantium. sed pl<sup>9</sup> psequimur lingua adulatoris q̄ manu psequentis. **U**nde etiam Hiero<sup>9</sup> super ps. **N**ihil est quod tam facile corrumpt mentes hominū sicut adulatio. **P**lus enī no ctingua adulatoris q̄ gladius persecutoris. **H**oc cognosci potest ex eo q̄ adulatores ligant homines in peccatis. **U**nde Aug<sup>9</sup>. **A**dulantiū lingue ligat homines i peccatis. delectant enī ea facere in quibus non solum nō metuit reprobator; sed etiā laudatur operator. Item tales adulatores ponunt et consumunt puluillū sub capite iacētis in peccatis. **U**nde Ezech. xij. **A**le qui psumunt puluillos r̄c. **S**up quo verbo dicit Greg<sup>9</sup> super Ezech. Omel. ix. **Q**uis male agētib<sup>9</sup> adulatur puluillum sub capite iacētis ponit. vt q̄ corripi exculta debuerat: in ea fulcit<sup>9</sup> latus dibus quiescat. **S**equitur videre quomodo malii in malicijs suis landātur et virtuosi in virtutib<sup>9</sup> suis irridentur. **P**ro quo sciēdum q̄ virtia p adulatores acquisierūt sibi virtutū nomina. nam supbia edificiorū vestiū cingulorū calceorū et omniū exteriorū gloriarū ab ipsis honestas est nūcupata. **V**t dicendo: **Q**uā bene decorat te ista tunica. **v**el ista vestis. q̄ pulchra es in facie. **Q**uā bñ decorat te illud peplū. **Q**uam pulchre incedis. et sic de alijs. **E**t in hoc q̄ imitant<sup>9</sup> luciferū in superbia extollendo se super alios: in hoc commendant quod est valde nocīnū et reprehensibile. **Q**uiā christ<sup>9</sup> dicit i enā gelio. **Q**ui se hūiliat exaltabit. **S**e cundo auaricia nominat pudentia. **V**t cum quis die noctuq̄ omnibus viribus laborat pro acquisitione remū temporalium. siue iuste siue iniuste v̄l

quocunq̄ modo potest. siue sit cū dō vel contra deūz minime curās. **O**mne sollicitudinē suam adhibens quomo do possit temporalia cōgregare. et cuz tanta aviditate q̄ nunq̄ etiam satiat<sup>9</sup>. **E**t in hoc comparatur inferno. **A**nde Aug<sup>9</sup> ad quā ēdam comitem. Inferno auarus est similis. Infernus enī quātoscūq̄ denorauerit: nunq̄ dicit sat est. **D**ic et si omnes thesauri cōfluxerit in auaruz. **E**t talis ab adulatorib<sup>9</sup> non nominat auarus; sed prouidus. **T**ertio dissolutio socialis. iocunditas est nominata vt cum quis cōīngit se alijs indifferenter siue in bonis siue in malis siue in licitis siue illicitis. **S**i cut in chorizando saltādo in ludēdo et sic de alijs. **E**t talis ab adulatorib<sup>9</sup> non nominat dissolut<sup>9</sup>: sed socialissime socius. id ē gesellig. **E**t talis q̄ sic se cōformat malis in illicitis: postmodū habebit societate demonū et omnīū dānatorū. et carebit societate dei et omnīū electorū. **Q**uarto astucia ab ipsis adulatorib<sup>9</sup> prudentia nominat. vt cuz quis ē astutus. id ē bindeſtig. in mercācijs et in alijs suis negotijs. et lucrat<sup>9</sup> mentiendo et decipiendo defraudando et trufando p̄ximos. **Q**ui nouas adiūtiones iuenerit: vt sic p̄ximos decipere posset. Tales ab adulatorib<sup>9</sup> hui<sup>9</sup> mudi pudentētes nominant. **A**nde Luc. xvij. **F**ilijs hui<sup>9</sup> seculi prudentiores sunt filijs lucis i generatione sua. **Q**uinto laxa conscientia libertas animi nominatur. vt cuz quis sine timore dei vivit nihil timet. nec curans deūz in cogitationibus locationibus et operib<sup>9</sup>: sed sine omnī timore dei peccat et que delectabilia sūt carni ppetrat. **E**t talis let<sup>9</sup> ab adulatorib<sup>9</sup> nominat. **D**e quib<sup>9</sup> dicit dñs Luc. vij. **A**le yobis qui nūcredetis r̄c.

**S**exto garrulitas affabilitas nominatur. ut cum quis est garrulosus. id est clavig; siue vir siue mulier scurilia verba pferens: non curando vtrum deum in hoc offendat. tales nominantur soliosi. id est kurtzviliig. In quo aliqui multum delinquent scz cōcitan- do homines annosos ad iracundiam et ad impatientiam et ad blasphemiam: qui alias ex natura et ex senio mirabiles et impatiens sunt. Et quicquid tales sic peccat redundat in eos qui eos cō- citauerunt. **H**equitur videre quo- modo virtutes et virtuosi iridentur. Et primo cum quis est abstinentes et vult parce vivere et tamen in necessariis con- tentus esse: talis abstinentia avaricia siue parcitas nominat: quasi non au- deat uti de bonis sibi concessis: cum ta- men talis non propter parcitatem dimit- tit: sed quia scit redditum se esse ra- tionem omnibus creaturis quomo- do usus sit: ideo abstinentes vivit. **D**e cūdo si humilitatem diligit: exemplo christi qui dicit: Discite a me quia mi- tis sum et humiliis corde. Et humilita- tem studet servare in verbis factis et nititur scandalum canere: timens illud dictum christi Mattb. xviiij. **A**le homi- ni illi per quem fit scandalum: tunc ta- lis ab adulatoribus huius mundi hypo- crita nominat. **T**ertio maturitas id est earnesthaftigkeit oder dapperkeit: scz cum mature incedit quis in verbis et factis timens levitate metis ostende- re: tunc talis maturitas amaritudo vo- catur: id est surgesch. **Q**uarto quies- devotionis scz cum quis nititur expel- lere extraneas occupatioes: et deo trā- quillū et quietum cor offere: tunc talis quies denotionis pigritia nominatur. **Q**uinto simplicitas scz cum quis est prophetaz et simplicitate cordis grit-

deum: et fin dictum christi studet sim- plicitatem columbe ostendere: tunc ta- lis simplicitas stulticia nominat. Et talis ab huins mundi amatoribus de- ridetur. **V**nde Job. xij. Derides iusti simplicitas. **S**exto timor deilitig- osa cōscientia nominatur: scz cum quis deum pro oculis habet in verbis et in fa- ctis timens deum offendere. Talis no- dicitur timorosus: sed erroneus in cō- scientia. **S**eptimo fugere publicā et malam societate singularitas nomi- natur. ut cum quis vult sibi canere a mala societate aduertens illud dicunt prophetaz. **C**uz sancto sanctus eris: et cum puerlo querteris: tunc talis singularis et respectus nominatur. **O**ctavo si quis iusticiam querit et exigit: tunc ta- lis impatiens et austerus nominatur. **N**ono si quis gratiam hominū ba- bet tunc adulator nominat. **D**eci- mo si quis informationi et correctioni p̄ximi intendit: tunc presumptuosus dicitur. **Q**uintū peccatum alienū est recursus. Et sūt illi in h̄ rei q̄ tuent malefactores et ad q̄s h̄nt recursū. verbi grā. Aliq̄s furat: et habet apud quē furtū abscon- dat. vel raptor vel rapinā. vel cū q̄s tu- etur malefactorē nō p̄mittēdo fieri de ipso iustū iudiciū: et multa hm̄ōi. Er- go si potes es: et in castro tueris raptore- s cū rapinis: re eris oīn p̄tōy illorū. Lerte nō eēnt tot raptore: si nō habe- res tutores. Et de eis de cōgrit dñs p̄ Isa. iij. Et rapina pauperū in domo ve- stra. **I**te si tu es receptor hospitū: et re- cepis in domū tuā hoīes nō timētes deū et amīstras eis cibaria illicita. vt in quadragesima lacticinia cū alias sūt sani et fortes et p̄nt vti cibo quadragesimali. **E**t cū bñ haberes eis amīstrare cibū quadragesimalē: sed p̄p̄lucr amīstras eis cibum illicitum: tunc p̄ticeps eris.

# De preceptis alienis

illorum peccatorū. Sed dices vide  
ant ipsi. quid ad me? Respōdeo q̄ ex  
charitate dei et p̄ximi obligamur pro  
mouere p̄imum in his q̄e sunt salu  
tis et non āministrare eis occasionem  
peccandi. Item si pincerna es: et hōspi  
tio recipis lusores blasphematores le  
nones qui cū meretricibus peccant q̄  
non sunt legitime uxores eorū. et hoc  
facis ppter lucrum tempale; reus eris  
omniū malorū. Item paterfamilias q̄  
tenet famulum et ancillam simul pecca  
tes in domo sua; reus erit illius pecca  
ti. Breuiter quicquid cōmittitur i domo  
tua quod est contra deum ab his  
quos hōspitio recipis scienter; reus  
eris omniū malorum illorū. Et tales  
receptores sunt sicut scuta; ptegentes  
eos malefactores de quibus dicit p̄s.  
**E**t scuta cōburet igni. **S**extum pec  
catum alienum est participatio in pec  
catis alienis. videlicet cū quis ptem  
habet in lucro peccati. et per cōsequēs  
partes habebit in pena. ut qui scienter  
emuntrapinaz vel furtum vel inde co  
medunt vel bibunt. Tales tenētur ad  
restitutionem inq̄stum de his iniustis  
vsi sunt. etiā si sex vel octo comedissent  
vnam aucam furataz; quilibet tenere  
tur restituere partem suam quātū ad  
eum peruenit. Similiter intelligēdūz  
est de his qui a iudeis dona et munu  
scula recipiunt que ab alijs per vslurā  
recepierunt. **E**t tales tenētur restitu  
re. nō ipsis iudeis; sed ipsis a quibus  
ip̄si per vslurā receperint si habent no  
ticiam illorum. Hinautē tunc fm cō  
silium confessoris debet dare paupe  
ribus. Idem dicendū est de lusoribus  
et de his qui bona per ludum acquisi  
ta recipiunt. quia omnes tales tenēnt  
satissimē fm consilium prudentis cō  
fessoris. Ergo nullus debet cum luso  
ribus bibere vel comedere: nec dena  
rios illos quos ad lumen ponunt reci  
pere. sicut quando cōburuntur lumina  
p uno denario tūc recipiūt quattuor.

Et tales tenētur ad restituzionez fm  
consilium confessoris. Itēz indices et  
reip. puidentes qui pmittunt panem  
vel vinum minorari. p pecunia. et alijs  
q̄plurimi qui participant quocunq̄  
modo scienter in lucro peccati. ut ux  
ores et pueri iniusta scienter hereditan  
tes. vnde tā uxores q̄ filij sacerdotūz  
belis simul a rege cōbusisti sunt. ut legi  
tur in Dan.ca. xiiij. **S**eptimum est  
cū quis mutus est in peccato qđ cor  
ripere et reprehendere tenetur. **A**nde  
quibus deus cōmisit subditos. ut p̄z  
latis et patribus familias tenētur ut  
subditos et filios corripiant. put expe  
dire vidēt pro loco et tempore ne vna  
cum ipsis pereant. **V**nde legitur d̄ sa  
cerdote Heli. 1. Regi. iiiij. Qui nō cor  
rexit filios suos inique agentes. vel q̄  
tacuit. vel qui tepide correxit. punitus  
est hic per mortem temporalem. quia fr̄  
ctis cernicibus cadens de sella retro  
sum expirauit. et si est in inferno. nō in  
uenimus alia causam nisi q̄ filios su  
os non correxit ut debuit. ppter quod  
d̄ns eū subitanea morte iterfecit. **A**n  
cū filij a parēti. et laici a p̄laic suis re  
p̄bendūt. nequaq̄ ipsi vel subditi id  
gnari debet. **N**ā ad b̄ tenēt: alias dā  
narenē cū ipsis. **A**n Ezech. iiij. **S**i di  
cete me ad impiū morte morieris. sc̄z  
p tua supbia auaricia luxuria tē. et tu  
nō annūcianerē eis: neq̄ locut⁹ fueris  
ut auertatur a via sua impia et viuas  
ipse impius in iniuitate sua moriet⁹.  
sanguinē eius de manu tua requiraz.  
**D**ia peccata q̄ p̄lati possunt corripe  
re et non corrigit ipsis imputabūt et  
p eisdem dānabunt. Ergo Sap. iij.

Judicium durissimum fiet his qui psūt.  
Item si cōfessoz dure cōfidentē redar-  
guit: ppter ea nō debet indignari: q: te  
netur. Et confessoz potius debet duos  
bñ expedire: q: de cē negligēter. Quia  
nō est redditurus rationē de numero  
cōfidentiū vtrū multos vel paucos au-  
diūrit: s: q̄liter eos expeditius. Si autē  
p̄fessor p̄p̄lucrū t̄pale negligēter expe-  
dit sibi p̄fitētes: grauiter peccat: quia  
bñ doctores qui aliquē sc̄iēter absolu-  
vit quē coram deo pbabiliter scit non  
esse absolūtū: ipso facto peccat morta-  
liter. Videant ergo confessores quō  
absoluūt pomposos hoīes q: nō inten-  
dunt suam superbiam dimittere: imo  
ipso facto ostendūt suā supbiaz in re-  
stimentis pomposis et in sc̄issuris: et sic  
de alijs peccatoribz q: ostendūt pbabi-  
lia signa q: nō habēt firmū p̄positum  
abstinendi a peccatis: vt forniciā et  
publici adulteri: q: meretrices et concu-  
binas secū in domo tenent: nec eas a se  
amouere intēderūt. Similiter usurarij  
et lusores: qui non sunt parati ad resti-  
tuendū bñ cōsilium cōfessoris. Simi-  
liter et supbi chorūantes et torniamen-  
ta exercentes: q: servant illa ornamen-  
ta in qbus peccauerūt. Et bñ ē euidēs  
signū q: tales non intendunt firmiter  
dimittere. Quia si iūm intēderēt: resi-  
gnarent talia ornamēta quibz nō vnu-  
tur nisi ad peccandū. Tunc in futurū  
oporteret eos sibi alia ornamenta su-  
perbię p̄parare vbi fortassis sumptus  
et p̄ciolitas talium compandorū eos  
a peccato retraheret. Sicut illi supbi  
qui habent magna caputia: vnam de  
qncz vel sex vlnis: et longas sc̄issuras  
in caputijs et tunīcis. Et dñs et pueri  
q: habēt magna crinalia in quibz cho-  
riūt: et sic de alijs. Octauū pec-  
catū alienū nō obstatre peccatis. Et bñ

spectat ad platos et p̄sidentes. Unde  
vos plati et dñi qui subditos vestros  
nō cohæretis: sed dimittitis eos inser-  
re damū paupibz pullos anseres  
anetas pecora auferre: fruges eōrum  
eqs vestris in pabulū graminare: fru-  
ctus hortorū et vinearū furari et vi acci-  
pere: pauperes vitupare p̄cutere lede-  
re irridere et male tractare et hmōi: et  
nō phibetis vos dānabimini. Unde  
Ezech. xij. dicit dñs platis. Nō ascē-  
dist ex aduerso: nec posuistis vos mu-  
rum p̄ domo israel vt staretis i domo  
dñi. Dēs enī rectores ad bñ statuti sūt  
q̄vnuſquisqz terrā sibi subiectā in pa-  
ce teneat. Et si forte ipse rector et plati  
nō spoliat subditos: tñ nō resistit spo-  
liantibus (et si esset i terra ita ampla si-  
cut vltra mare) oīuz peccatoꝝ q: fiunt  
in ea p̄ raptiores qbus resistere posset  
p̄ticeps est: et dñ oībus his redditurus  
ē deo rationē. Iē vos patres familias  
si filij vestri vel familia mala p̄petrant  
damna inferendo p̄ximis: et si eos pro  
posse non emendatis: et si multa bona  
opa faceretis ieunando orādo vigi-  
lando elemosynas dando: et hmōi: co-  
minus nō dānare min. Cur putatis  
q: deus p̄tulerit hoīem homini: nū qd  
ad honorē istoꝝ et deiectionē illorum:  
Nō. Sed vnuſquisqz p̄tāteꝝ ad hoc  
a deo accepit: vt malum bñ vires. phi-  
beat et suos subditos ab incursibz ma-  
lorū defendat. Unū si p̄sidentes possūt  
phibere mala et nō faciūt dānabūt  
Ideo vos dñi et dñq: q: p̄mittitis fili-  
os vestros turpia verba loqui et mala  
p̄petrare opa: et ridetis et nō phibetis  
Et vos viri familiā vestrā. Et vos iū-  
dices et potentes subditos vestros: si  
impedire poterit talia mala: et si alind  
peccatū non haberetis q: illud solum  
dānabimini. Hoc merito facere tebe-

# De peccato mortali

xii

rent et aduertere isti plati et presidentes qui de sua potentia et dignitate nesciunt nisi gloriari; tota die occupando se in tornamētis venationibus potationibus ludis aleq; et sic de alijs mundi vanitatibus. Nunq; vero vel raro se occupantes circa pauperū viduarum clericorū orphanorū religiosorū et huiusmodi iudicia. Quz tñ nulla alia de causa ut pmissum est: deus eis p̄tates cōtulerit nisi p̄ tuitione ecclesie et pauperum. Unde dicit Numeri, xxv. Qz principes et iussu dei sunt suspensi pro peccato populi. Unde dixit dominus ad Moysen: Tolle cūctos populi principes et suspende eos cōtra solem i patibulo. Et hoc ideo sūm glosam. qz fuerunt autores peccati illius populi. vel Mqr non prohibuerūt. Nonū peccatum alienū ē nō manifestare peccata hominū ad corrigendū et ad emendādū. Ut quicūq; scit periculū alteri et eum nō quisat et p̄munit siue i corde siue i anima aut in rebus: cū tñ bene posset illū p̄munire re erit si hoc nō fecerit. Sic si scires aliquē peccare et posses sūm manifestare q̄ impediret et emēdaretur; si nō faceres re esses. Itē si scis rē furatā circa aliquē iniuste detētam: et non vis dño rei publicare; ut sic suā rem rehabere possit: cū tamē hoc comedē et licite posses reus eris coram deo in illo peccato. Etias si vñ inferret dñm p̄xi mo in prato siue in agro. siue i horto: et si p̄clamares eundē tūc talis sic pro clamatus cessaret a dāno inferendo. et nolles hoc facere ppter charitatē p̄xi mi in subsidiū dño rei: tunc reus esses coram deo. Itē si q̄s aliquē vellet iniuste capere: et tu bono modo posses illum p̄munire et nō faceres: reus esses. Item cū videres aliquē occulte peccare et posses hoc manifestare illi q̄ posset

pdesse et emendare ne iste iterum p̄c caret; et nolles ea facere. et sic dissimula res: tūc esses particeps illius criminis. Sed aliqui dicunt cum aliqua iniusta fieri vident: quid hoc pertinet ad me? Respondeo illis: Ex p̄cepto frater n̄ḡ charitatis quilibet tenet p̄uenire penitulum sui p̄ximi corporis et anime. cū hoc cōmode potest. Exemplū si vides cecū transire erga soueas: et non p̄ munires euz homicida illius esses coram deo. si in soueam caderet: et si sic moreretur. Item cū in synodo p̄cipitur omnibz in eadē parochia existentibz vt manifestēt crimina publica ad corrīgēndū ea. Qd quidā nō curant. Et ideo seipso miserabiliter dānant. Ergo q̄cunq; causa consanguinitatis vel familiaritatis. Vel causa lucri nō p̄deret peccatum qd p̄dendū esset: sūm iura simoniā cōmitteret et grauiter p̄c caret. Et quicunq; sciret hereticū vel phitonissaz et non p̄deret mortaliter peccaret. Quia melius esset tales corruptores fidei p̄dere platis ecclesie q̄ diu valde in pane et aqua ieiunare.

Explicit tractatus de non  
peccatis alienis.

Incipit tractatus de septem peccatis  
mortaliis. Et primo d̄ peccato mor  
tali in cōmuni.

## Eccatū cuius a

D̄ plūmatū fuerit gn̄at mor  
tem. Iac. i. Hoc intelligit  
de quolibet peccato mortali. Pro q̄  
sciendū q̄ peccatum mortale cōmittitur  
q̄tuor modis. Primo q̄n nescit se fa  
cere p̄ p̄ceptum dei; vel p̄ p̄ceptū plati  
vel ecclesie; vel aliqd virtutis de septem  
virtutis capitalibus. Et in hoc ignoran  
tia non excusat hominē vsum rationis  
habētem. Unde Aug⁹ de grā et libero